



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

113. S. Antonivs Ad Philosophum quendam, interrogatus, quomodo se  
consolaretur, lectione codicum priuatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

*Disputet indoctus non quisquam, aut iudicet illa,  
Quæ se non nouit cognita habere satis.*

112. PAMBVS INTERROGATVS  
cur fleuerit aspiciens mulierem thea-  
tralem Alexandria, cùm esset apud  
Athanasium, inquit  
Cap. eodem.

**D**Væ me res mouerunt: vna, quæ est illi-  
us perditio. Altera verò, quòd ego non  
tantum studeo placere Deo, quantum  
hæc, vt turpibus placere possit hominibus.

*Conspiciens Pambus meretricem veste theatro  
Ornatam, tristis flet q̄, dolet q̄, diu.*

*Quid solus lachrymet quæ situs, talia dixit:  
Sunt res cur lachrymem, cur doleam q̄, duæ.*

*Illius interitum meretricis defleo primùm,  
Quem sibi peccatis attrahit ipsa suis.*

*Inde gemo, quòd non studeam sic ipse placere  
Aeterno vera cum pietate Deo:*

*Vt studet hæc ornans multo molimine corpus,  
Turpibus, hæc meretrix, complacuisse viris.*

113. S. ANTONIVS AD PHILO-  
sophum quendam, interrogatus, quo-  
modo se consolaretur, lectione  
codicum priuatus,

O, in-

**O**, Inquit, Philosophe, meus codex natura-  
ra creaturarum est, & adest cum vo-  
luero, verbaq; mihi relegit Dei, Ibidé.

*Christicola quondam insanis cessere tyrannis,  
Sylvarum occultos & petiere locos.*

*Vt studijs tuti possent incumbere sacris,  
Fundere & ad Dominum nocte dieq; preces.*

*Hos inter sanctus pietate Antonius omnes  
Prævaluit vite conditione sua.*

*Quo se soletur syluis, hic fortè rogatus,  
Cum careat libris, talia dicta dedit:*

*Est meus hæc ingens rerum natura libellus,  
Quo lego præsentis plurima signa Dei.*

*Hoc lucet bonitas magno & sapientia libro,  
Summi qui seruat cuncta regitq; Dei.*

*Hoc me consolor, liber hic mihi perlegit omni,  
Quò spectant oculi facta notanda, loco.*

„ *Herbula vel quævis præsentem ostendit adesse,*  
„ *Qui fouet & seruat cuncta creata, Deum.*

114. EX LIBRO IX. HISTORIA

de interfectis à Theodosio Imperatore  
7000. ciuium Theffalonicensium, pro-  
pter motam seditionem, in qua Vdericus  
præfectus & multi alij nobiles viri inter-  
fecti sunt: & oratio S. Ambrosij ad Theo-  
dosium, qua ipsum à templo repulit,  
donec de iniusta cæde ageret pu-  
blicè pœnitentiam. Ca. 30.

Theffa-

Regnare  
coepit  
Theodo-  
sius, An-  
no Chri-  
sti circi-  
ter 383.